

lectione Dei? nulla afflictionum angustia, nulla persecutionum truculentia, nulla famis sævitia, nulla nuditatis ignominia, non periculorum frequentia, non gladiatorum fulgor, non mortis terror, nulla vite dulcedo, nulla angelorum fortitudo, neque principatum excellentia, neque potestatum eminentia, neque instantia, neque futura tormenta, neque altitudo, neque profunditas, neque ulla alia creatura: Sumus enim Domini in genitivo & nominativo, ita confiso & confesso jam olim B. Luthero: in genitivo per incarnationem, in nominativo per communicationem: Gloriam, quam dedit Pater Filio, Filius dedit nobis filiis ipsius dilectis, ut unum simus in ipso, sicut ipse unum est cum Patre & Spiritu Sancto, ut videamus gloriam, quam ipse dedit ei secundum humanam naturam, nec videamus solum, sed & possideamus in æternum: ita enim nobis paratum est regnum ab ipsa inde constitutione mundi. Videte ergo, quod in epistolâ Catholicâ nos jubet Johannes, *qualem quantamque Charitatem nobis dederit Deus, ut Filii Dei non tam nominemur, quam simus, licet nondum apparuerit id, quod futuri sumus, interim scimus tamen* (οἰδαμεν, uti Paullus Rom. 11X, 28. 11. Tim. I, 12. ubi adjungitur πειπεισμαι, certissima persuasio) *quod si apparuerit, similes ei futuri sumus, & visuri eum sicuti est.* Sanè in hunc finem *charitas Dei in nobis apparuit, quòd Filium suum unigenitum misit in hunc mundum, ut vivamus per illum, In hoc est charitas illa, non quòd nos Deum dilexerimus, sed quòd ipse nos dilexerit & Filium suum miserit propitiationem pro peccatis nostris.* Nam si sanguis taurorum & bircorum & cinis juvenca aspergens (παντιζουσα & præfigurans παντιζουσαν αιμα) & Ino's χρισθ I. Pet. I, 2.) *inquinatos sanctificat ad carnis purificationem, (sanctificavit autem teste Levitico) quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum æternum obtulit seipsum immaculatum (αμωμον ηγι ασπιλον l. cit. v. 19.) purgabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ut serviamus Deo viventi?* Porro sumus omnium maximè impuri & immundi, sordidi & commaculati, ut adeò à planta pedis usque ad verticem capitis nihil
sanū

VII,

gabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ut serviamus Deo viventi? Porro sumus omnium maximè impuri & immundi, sordidi & commaculati, ut adeò à planta pedis usque ad verticem capitis nihil

sanū